

centum viginti locis hinc inde auctum , vt merito cui-  
cunque nouum omnino videatur , statui sub tuo am-  
plissimo nomine in lucem exire , qui gentem Hispan-  
nam , vt constat apud omnes , pro viribus tuendam su-  
scipisti . Accipe igitur , SERENISSIME PRIN-  
CEPS , vt Hispanoruni Patronus , quod tibi dono  
dat Hispanus , atque ex Collegio Hispanorum homo ti-  
bi , ob singulares tuas , egregiasque virtutes addicte-  
mus . Non respondet Dignitati Tuæ summæ munus  
datum ? respondeat animus . Hunc spectes te obsecro ;  
sic tamen vt illud non reiicias , quod non fore spero :  
nam quæ tibi grauitatem natura dedit , non negavit hu-  
manitatem . Fac igitur , vt ipse quoque post alios multos ,  
prædicare id possum , hoc munusculo meo , qualecun-  
que est , placidis oculis accipiendo , atque ab inuidorum  
morsibus defendendo ; felixque viuam , & tibi , omni-  
busque tuæ ditioni subiectis felicitatem omnem a Deo  
Opt. Max. præcabor . Bononiae ex tuo Hispanorum in-  
signi Collegio . 14. Aug. M. D. XC.